

igitur pauperibus, quorum dampnis^e multum pretoria non moventur; non tamen divitibus vita relinquitur, quorum sollicitudo^f non cessaret curie^g ad indagandam sceleris pravitatem, ne desistere^h videantur iudicesⁱ maleficia post inventa subicere penas atrociter et vindictas.

Quocirca discrecioni vestre duximus affectione sincera consulendum, quatinus super hoc talem sollicitudinem habeatis^k, ut maleficia non remaneant impunita et mandatorio magne imperialis curie^l de vobis rumor insonet criminosus.

n. 50: Rechtfertigende Antwort auf n. 49.

Responsio; quomodo se excusat^a.

Non dolemus, si maleficia, que fiebant in partibus Principatus, vestris^b auribus sine mora fama velox nuncia ventilavit. Verumtamen gauderemus, si vestre noticie celeriter adegisset penarum ferocitatem et vindictam^c, qua maleficorum^d misera corpora sunt percussa^e. Postquam autem silve nequicia plus latere non potuit, et qui se tam nocturno tempore, quam diurno nemorum munimine tuebantur, fuerunt diligenter in nostra^f investigatione retenti, decrevimus^g, ut in locis, que fuerant retentiva malorum, dire mortis suspendium^h morerenturⁱ et paterentur indilate, et arbores^k, testes facinorum et que fuerant conscie sanguinis occisorum, fedarentur^l turpiter suspendere corpora suspensorum^m. Sic ergo ex illis partibus latronumⁿ iniquitas radicitus^o est evulsa, quod de facto consimili ad vos ulterius querela non veniet iterata, nec nobis inde^p crimen aliquod infigetur.

n. 56: Der Kardinalpönitentiar, Kardinalpresbyter Hugo v. S. Sabina sendet dem Abt von Prémontré das in der folgenden Supplik Gaufrids erbetene Schreiben (zw. 1255 u. 1263).¹

Religioso viro in Christo karissimo . . venerabili fratri . .

49. ^e) dampnis, quorum *R, P* ^f) solitudine *P* ^g) fehlt *R*
^h) deficere *R* ⁱ) in iudices *R, P*; *die Stelle scheint verderbt.* ^k) habetis *P* ^l) et ne imperialis curie *R* 50. ^a) Überschrift fehlt *R*
^b) nostris *R, P* ^c) ferocitas et vindicta *R, P* ^d) maleficiorum *R, P*
^e) perpressa *P* ^f) vestra *R, P* ^g) decrevistis *R* ^h) So *R, P*.
ⁱ) fehlt *P* ^k) arborum *P* ^l) federentur *R, P* ^m) pandere turpiter suspensorum corpora *P* ⁿ) latrocinia *R* ^o) fehlt *R* ^p) in *R*

¹) Hugo war am 28. Mai 1244 Kardinalpresbyter von S. Sabina und Nachfolger des Thomas von Capua geworden. Daß er gleichzeitig auch schon die Leitung der Poenitentiaria übernahm, ist nicht zu belegen; wahrscheinlich geschah es erst nach Pontifikatsbeginn Alexanders IV.